transit. egyptius uero si per transire uoluerit submergitur.
nec fit ei murus dextra leuaq; Iustus etiam si per heremum
horribilem ingrediatur et uastam. cibus ei ministratur
e caelis. Ita ergo et in iordane arca testamenti duxerat populo
dī; consistit ordo sacerdotalis et leuiticus. et aque reue
rentiam dī ministris deferentes cursum suum refrenant
et conseruantur in cumulum. iter dī populo innoxium.
concedentes. Et ne mireris cum haec gesta enarrari erga priorem
populum referantur. tibi xpīane qui per baptismi sacra
mentum iordanis fluenta degressus es. diuinus sermo ma
iora multo et excelsiora promittit. Iter tibi per aera
ipsum et transitum pollicetur. Audi enim paulum dicen
tem de iustis. Rapiemur inquid in nubibus in obuiam
xpō in aera et sic semper cum dnō erimus. nihil omnino ē
quod metuat iustus. omnis ei creatura famulatur. audi
denique quomodo etiam per propheta repromittit ei
ds dicens. si transies per ignem. flamma non te aduret.
qm̄ ego dnš ds tuus. Omnis igitur locus suscipit iustū.
et omnis creatura exib& ei debitum famulatum; et ne
forte offendaris quod haec quae in prioribus gesta sunt.
in te uero qui nunc auditor horum es nihil tale geratur.
omnia complentur in te secundum per misticam rationem. et enim
tu qui nuper idolatriae tenebras derelinquens cupis ad audi
entiam diuine legis accedere. Nunc primum aegyptū
derelinquis. cum cathecumenorum adgregatus es numero
et preceptis ecclesiasticis parere recepistis. degressus
mare rubrum. et in desertis stationib; positus ad audien
dam legem dī et intuendum moysi uultum per gloriam dī
reuelatum coditie uacas. si uero etiam ad misticum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc97/0026